Quinquageſimæ, ſeu Eſto mihi. Luc. 18, 31 —— 43.

Duo ſunt Evangelij Capita primaria. JESUS namq; poſtremò Jeroſolymam proficiſcens tùm

- 1. *Comites ſuos, XII. quos habuit Diſcipulos, de Paſſione ſua ac Reſurrectione, erudiendos ſuſcipit. Duo autem hic cõmemorantur:*
  - 1. *Docentis fidelitas. Simplici enim ac perſpicuo docendi genere uſus, ſua prædicit; tùm*
    - 1. Παθήματα *Hieroſolymis ſuſtinenda, tùm in*
      - 1. *Genere; Omnia illa, quæ de ſe, Hominis Filio, per Prophetas ſcripta ſunt, v. 31.*
      - 2. *Speciei, uti ſunt:*
        - 1. *Traditio in manus Gentium, v. 32.*
        - 2. *Illuſio, ibid.*
        - 3. *Contumelioſa tractatio, ib.*
        - 4. *Conſputio, v. 33.*
        - 5. *Flagellatio, ibid.*
        - 6. *Occiſio, ibid.*
    - 2. *Reſurrectionem à mortuis, triduo pôſt futuram, v. 33.*
  - 2. *Diſcentium ſive Audientium ruditas,* παλιλογία *tergemina exaggerata, v. 34.*
- 2. *Cæcum quendam viſo miraculosè donat. Miraculi hujus*
  - 1. *Cauſa*
    - 1. Προηγουμένη, *fuit* JESU N. *appropinquatio Hierichuntica, quam Cæcus ille ad viam ſedens & mendicans, v. 35. ex Turba prætereunte*
      - 1. *Interrogando explorat, v. 36.*
      - 2. *Cognoſcit, verſic. 37.*
    - 2. Προκαταρκτικὴ *eſt Fides ejus in Chriſtum filium David. v. 42. Hac autem*
      - 1. *Proditur ab ipſo Oratione* δεητικῇ, *v. 38.*
      - 2. *Obſcuratur à prætereuntib. ſeu, ut verius dicam, magis illuſtratur. Quò enim vehementius increpatur ut taceat, eò fortiùs ad* DOMINUM *exclamat, v. 39.*
    - 3. Εἰδικὴ. *Huc ſpectat Chriſti ſubſiſtentia, tùm*
      - 1. Λεχθὲν
        - 1. Προστακτικὸν, *quo Cæcum ad ſe adduci juſſit, v. 40.*
        - 2. Ἐρωτηματικὸν, *quid ſibi adductus Cæcus, mendicans ille, fieri velit? v. 41. Non autem nummum: ſed viſus receptionem unicè expetit, ibid. aliud fidei ſignum.*
      - 2. Πραχθὲν, *ſeu ipſa Miraculi geſtio, ſolo verbo facta: quam ipſe* DOMINUS *fidei unicè fert acceptam, v. 42. 43.*
  - 2. *Effectus in Cæco ſanato & ſpectatoribus:* Δοξολογία DEI, *v. 43.*

Quadrageſimæ, ſeu Invocavit, Matth. 4, 1 —— 11.

Evangelion hoc agit de Subductione DOMINI JESU, *& ejusdem narrat tùm*

- 1. *Circumſtantias temporis & loci, quando & quò ſubductus fuerit, v. 1.*
- 2. *Cauſas;*
  - 1. *Efficientem; à quo expulſus fuerit in deſertum: A Spiritu (Sancto Luc. 4, 1.) v. 1.*
  - 2. *Finalem: ut tentaretur à Diabolo, v. 1. Exponitur porrò Tentationis Diabolicæ,*
    - 1. *Occaſio, quam arripuit* Satan *ex fame,* DOMINO *è jejunio ſuo quadrageſimali oborta, v. 2.*
    - 2. Forma, *vide Litt. A.*
    - 3. *Eventus,*
      - 1. *Ignominioſus Diabolo. Hic enim Scripturæ Oraculis toties victus & convictus, Chriſtum nolens volens omittit, v. 11.*
      - 2. *Glorioſus* DOMINO. *Nam profligato* Satana, *Angeli ei accedentes miniſtrant, ibid.*